Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

me· dicit dñs exercituum· Ego enim dñs ⁊ non
mutor· ⁊ uos filii iacob n̄ estis consumpti·
A diebus enim patrum uestrorum recessistis a legi
timis meis· ⁊ n̄ custodistis· Reuertimini
ad me ⁊ reuertar ad uos· dicit dñs exercitu
um· Et dixistis· In quo reuertemur· Si
affliget homo deum· quia uos affligitis me· Et
dixistis· In quo configimus te· In deci
mis ⁊ primitiis ⁊ in penuria uos ma
ledicti estis· ⁊ me uos configitis gens
tota· Inferte omnem decimam in horre
um· ut sit cibus in domo mea· ⁊ probate
me super hoc dicit dñs· ⁊ si non aperuero uobis
catharactas celi· et effudero uobis bene
dictionem usque ad habundantiam· Et incre
pabo pro uobis deuorantem· ⁊ n̄ corrumpet
fructum terre uestre· nec erit sterilis uinea
in agro dicit dñs exercituum· ⁊ beatos uos dicent
omnes gentes· Eritis enim uos terra desiderabilis·
dicit dñs exercituum· Inualuerunt super me uer
ba uestra· dicit dñs· Et dixistis· Quid lo
cuti sumus contra te· Et dixistis· Vanus est qui
seruit deo· Et quod emolumentum quia custo
diuimus precepta eius· ⁊ quia ambulauimus
tristes coram dño exercituum· Ergo nunc
beatos dicimus arrogantes· Siquidem edi
ficati sunt facientes impietatem ⁊ temptaue
runt deum· ⁊ salui facti sunt· Tunc locuti
sunt timentes dñm· unusquisque cum pro
ximo suo· Et attendit dñs ⁊ audiuit· ⁊
scriptus est liber monumenti coram eo time
ntibus dñm· ⁊ cogitantibus nomen eius· Et
erunt mihi ait dñs exercituum in die qua
ego facio in peculium· ⁊ parcam eis· sicut
parcit uir filio suo seruienti sibi· Et con
uertimini ⁊ uidebitis quid sit inter iustum
⁊ impium· ⁊ inter seruientem deo ⁊ n̄ seruientem
Ecce enim dies ueniet IIII
succensa quasi caminus ⁊ erunt omnes

superbi· ⁊ omnes facientes impietatem stipu
la· ⁊ inflammabit eos dies ueniens· dicit dñs
exercituum· que n̄ relinquet eis radicem nec ger
men· Et orietur uobis timentibus nomen
meum sol iustitie· ⁊ sanitas in pennis eius·
Egrediemini ⁊ salietis sicut uituli de
armento· ⁊ calcabitis impios cum fue
rint cinis sub planta pedum uestrorum in
die qua ego facio· dicit dñs exercituum· Memen
tote legis moysi serui mei· quam man
daui ei in oreb ad omnem israel precepta
⁊ iudicia· Ecce ego mittam uobis helyam
prophetam· antequam ueniat dies dñi ma
gnus ⁊ horribilis· ⁊ conuertet corda patrum
ad filios· ⁊ corda filiorum ad patres eorum
ne forte ueniam ⁊ percutiam terram
anathemate· Explicit Malachias·

Incipit prologus in libro machabeorum

DOMINO EX
cellentissimo
et merito x
piane religionis
strenuissimo·
lodouuico regi·
rabanus ui
lissimus seruorum dei dño suorum perpe
tuam optat salutem· Cum sim perpetu
atus ad parendum atque seruiendum uestre
uoluntati· cottidie cogito quod hono
rificentie uestre gaudium exhibeam· ut
mei memoria sedulo apud uos ma
neat· ⁊ deuotio mentis mee erga ob
sequium uestrum appareat· Vnde grandis in
questionis angustia in animo uersatur· cogi
tandi quid potissimum reuerentie uestre
offeram· quia alii uestre id quod sibi deceret
⁊ opulentia rerum uires illorum ministrat
multiplicia ubi deferunt munia· Ego
autem ita pro me hoc non efficere posse sentio·

tri natiuus a nunc peurõ n̄ cõ· q̃ uix
paruitatem uiriũ meaꝝ ⁊ ingenij te
nuitatē· ea q̄ in meditatione ſcāꝝ
ſcripturaꝝ elaboraui· offerre decerno.
Que lꝫ n̄ ſint cõdigna prudentie ṽre·
tñ credo n̄ eē ubiq; ſpnenda. Preterito
ſiquidē anno tractatu nob̄ tractatū
i danielem ꝓpham· q̄ n̄ ſolum ex dc̄is
maioꝝ. ſ; etiam ex n̄re paruitati
ſenſu cõfeceram. Nunc uo q̄ tpē eſt
illud· quo romana eccā cõſtituit libꝛs
machabeoꝝ legi in eccā· eoꝝ dē libꝛ
expoſitionē q̄m an̄ annos aliq̄t roga
tib; amicis ſenſu hyſtorico ſimul ⁊
allegorico dictaueram· excellētie ṽre
defero· ut ſi aliquē ſenſū myſticū i
eis diuo ſcē uos delectet· hanc ipm
ptū· q̄ illum explicatū inuenire uale
atis· n̄ dico ualde diſerte· ⁊ ꝛ̄one re
thorica· ſ; lucido ſermone ⁊ catholica
fide. Vos ꝗ ſiquid in p̄dc̄o ope repiatꝭ
nob̄ gratum ⁊ rite ꝓbatum eē ĝre
li deputetis· a quo eſt omē bonū. Siq̄
aũt minꝰ recte ul̄ minus ciencie poitu
ub̄ ibidē uideatur imperitie mee mag
deputetis q̄m malitie; quia q̄m diu i
hoc corpuſculo uiuero· uiꝰ ſeruitio pu t
poſſibilitas ſiue labore ↄtendo. Ipſiꝰ
au ē nūc· ut qui m̄ i aīo hoc dedit uel
le· ipm me bono ope faciat ↄfirmare.
De quo ꝓpha ait. Ipe eſt dn̄s omnib;
inuocantib; eū in ueritate· ⁊ n̄ relinq̄t
oīs qui ſpant in ſe. Diuinitas dn̄i
nr̄i ihū xpī· diu uos hic incolume
et legis dei ueritatem amantes ad
multorum ſalutem cuſtodiat· et
poſt huius uite curſum ad ueram
et eternam btitudinem puenire
ↄcedat. Itē alius ꝓlogus

Reuerentiſſimo ⁊ oī caritā
tis offō digniſſimo· ge
roldo ſacri palacij archi
diacono· rabanus uilis
ſeruoꝝ dei ſeruus in xp̄o ſalutē. Me
mini me in palatio magiſtri cīitatis
cõſtitutū tecum h̄re ſermonē de emi
nentia ſcāꝝ ſcripturaꝝ ⁊ difficultate
diuinaꝝ hyſtoriaꝝ· in quib; n̄ ſolū p
aliq̄nta loca ꝑp̄ uarietatē reꝝ ⁊ ſitū
puintiaꝝ obſcurꝰ ē ſenſꝰ· ſ; ⁊ ꝑ tropos
figuraꝝ occultus ē intellectus. Et q̄a
eodem tp̄e ↄmentarios i libros regū
nup a nob̄ editos· uenerabili abbi hildu
ino tradideram· tu quidē putante mea
exhortatꝰ es· q̄tinus in libꝛs paꝛali
menō atq; machabeoꝝ ↄmentarios
uiꝰ uestigia maioꝝ pari ſtudio adim
plerē q̄ntum potui· ⁊ poſtis libri expoſi
tionē lodouico regi editam dedi· ſecun
tis uo tue ſcītati tradendā ↄſeruaui·
ut petitio tua n̄ eſſ; uana· neq; h̄res
me ſigillandꝰ· q̄ tē rogantē nolle offē
q̄d aliis gratis ↄtulerim. Vnde q̄ia
cõfeſtim hs· uitē eo ſicut decet ſeruū xp̄i
cū ↄmunione multoꝝ· ⁊ q̄d ſolus impe
tratias ad pluroꝝ utilitatē puenire
facias. De cetō quoq; uolo ſcītatē tuā
ſcire· q̄d ipm opus ideo partim de diui
na hyſtoria· ptim de ioſeph iudeoꝝ
hyſtorici traditione partim uo de ali
aꝝ gentium hyſtoriis ↄtexui· ut q̄a
n̄ tm̄ gentis iudee ac pncipū eius· ſ;
⁊ aliaꝝ gentiū ſimul· in ūo libro m̄
tio fit ex multoꝝ libroꝝ collatione·
ūitas ſacre hyſtorie pateat· ⁊ ſenſꝰ
narrationis lectori lucidior fiat. Tu
uō ſiquid i memorato ope ē gratum
atq; utile inueneris· largitori omniū

honorum inde gratias referas. Siquid autem reprehensibile in eodem repereris, mee infirmitati et imperitie deputes, et ad tremendum iudicem veniam impetres nobis per sacras orationes festines. Sicque optimo largitori dignum honorem et fragili opifici oportunum confers solatium. Fraternitatem tuam divina maiestas prosperis successibus pollentem et eterne beatitudinis gaudia percipientem omni tempore nostri memorem conservare dignetur. Alius Prologus.

Machabeorum duo libri prenotant prelia inter hebreorum duces gentesque persarum pugnamque sabbatorum et nobiles Machabei ducis triumphos excitus eorum nomine. Et libri idem sunt nuncupati. Hec quoque hystoria continet etiam inclita illa gesta Machabeorum fratrum qui sub Anthyocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt. Quos mater pia dum diris suppliciis urgentur, non solum non flevit, sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Incipit liber Machabeorum Primus.

Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo qui primus regnavit in Grecia egressus de terra Cethim Darium regem Persarum et Medorum, constituit prelia multa, et omnium obtinuit munitiones. Et interfecit reges terre, et pertransiit usque ad fines terre. Et accepit spolia multitudinis gentium, et siluit terra in conspectu eius. Et congregavit virtutem et exercitum fortem nimis, et exaltatum est et elevatum cor eius. Et obtinuit regiones gentium et tyrannos, et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum, et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuventute sua, et divisit illis regnum suum cum adhuc viveret. Et regnavit Alexander annis xii, et mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum, unusquisque in loco suo. Et imposuerunt sibi omnes dyademata post mortem eius, et filii eorum post eos annis multis, et multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati Anthyochus illustris filius Anthyochi regis qui fuerat Rome obses, et regnavit in anno centesimo xxx et vii regni Grecorum. In diebus illis exierunt de Israel filii iniqui, et suaserunt multis dicentes: Eamus et disponamus testamentum cum gentibus que circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis invenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinaverunt aliqui de populo et abierunt ad regem, et dedit illis potestatem ut facerent iustitiam gentium. Et edificaverunt gymnasium in Ierusalem secundum leges nationum, et fecerunt sibi preputia, et recesserunt a testamento sancto. Et iuncti sunt nationibus, et venundati sunt ut facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Anthyochi, et cepit regnare in terra Egypti, ut regnaret super duo regna. Et intravit in Egyptum in multitudine gravi in curribus et elefantis et equitibus et copiosa navium multitudine. Et constituit bellum adversus Ptolomeum regem Egypti. Et veritus est Ptolomeus a facie eius et fugit